

dicitur, Rom. 7, 2, de muliere: *Si mortuus est vir eius, soluta est a lege viri.* Et ideo si resuscitetur, non posset repetrere uxorem suam; sed possit iterato cum ea contrahere, nisi illa alteri nupsisset; tunc enim non esset matrimonium contractum separandum.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc intelligitur de filiis, et non de maritis.

Ad secundum dicendum, quod possessiones subdunt simpliciter dominio possidentis; unde etiam moriens testari potest; sed uxor non subditur viri domino quasi ancilla; sed est quadam societas inter virum et uxorem, quae morte alterius terminatur; unde vir moriens non potest uxorem suam alteri in testamento dimittere. Et sic patet quod non est eadem ratio de possessionibus et uxribus.

Ad tertium dicendum, quod non esset bigamus propter hoc, quia neuter conjugum in plures (1) carnem suam divisit.

(1) *Al.* in pluribus.

## DISTINCTIO XXXIX.

### *De dispari cultu.*

Post haec de dispari cultu videndum est. Hac est enim una de causis quibus personae illegitima fuit ad contractandum matrimonium. Non enim fiet Christiano cum Gentili vel Iudea inire conjugium: quia etiam in veteri testamento prohibitum est fratres viros infideles ducere uxores. Dominus dicente (Exod. 34, 16): « Non accipias uxorem de filiis alienigenarum filiis tuis, ne traducant eos post deos suos. » Juxta hoc Domini praeceptum Iudaeorum conjugia cum alienigenis inita Esdras separavit (4 Esdras 10). Hoc idem etiam in novo testamento servatur. Unde Augustinus (lib. de Adul. Concup., cap. 23): « Ne nubat femina nisi sua religiosa viro, vel ne vir talem ducas uxorem. Id enim, ut dicas, jobet Dominus, docebat Apostolus, utrumque praecepit testamentum. » Item Ambrosius: « Cave Christiane, Gentili vel Iudea filiam tuam trahere; eave ne Gentilem vel Iudeam vel alienigenam, idest haereticam, et omnem alienam a fide tua, uxorem accersit tibi. » Item (1): a Si quis Judeae, sive Christiana Iudea, sive Iudea Christiano, carnali consorio misceatur; quicunque tantum nefas (2) adserit, a christiano coetu prolinus se gregetur. Ex his aliisque pluribus testimonios appareat non posse contrahi conjugium ab his qui sunt diversae religionis et fidei.

*De coniugio fidelis et infidelis, et duriori infidelium.*

Huius autem videtur obviare quod Apostolus ait de imparibus conjugiis (4 Corinth. 7, 42): « Ego deo, non Domini minus. Si quis frater habet uxorem infidem, et hae consentit habere eum illo, non dimittit illam; et si qua mulier etc. » Sed alius hoc esse, aliud illud, evidenter ostendit Augustinus (ubi supra): a Ibi enim agitur de illis conjugiis fidelium quae contrahuntur ab eis dispari religione et fidei manentibus; Apostolus vero ait de illis, qui ministrum et ejusdem infidelitatis fuerint, quando conjuncti sunt; sed cum venisset Evangelium, alter sine altera credidit. Intelligis ne quid dicam? Attende, ut ram ipsam diligenter exponam. Ecce conjuges duo unus infidelitatis fuerint, quando conjuncti sunt; nota de his quiescit est quae pertinet ad illud praeceptum veteris et novi testamenti, quo prohibetur fidelis cum infidei copulare conjugium. Jam sunt conjuges, et ambo adhuc sunt infideles. Tales sunt adhuc quales conjuncti sunt. Venit Evangelii praedicator, credi (3)

(1) Lib. de Abraham, cap. 9 (Ed. P. Nicolai).

(2) Nicolai: Si quis iudaicae pravitati conjugal societye jungitur (sive Christiana Iudea, sive Iudea Christiano carni consorio misceatur) quicunque tantum nefas etc.

(3) *Al.* crediti.

*De fornicatione spirituali, ob quam potest dimitti coniux.*

Potest tamen licite dimittere: quia in infidele est fornicatio.

(1) *Al.* comparavit.

*Si caret opprobrio malae voluntatis.* Quod quidem est quando non ex levi presumptione, sed ex aliquo certo iudicio habito de morte viri, mulier eum alio contraxit. Si autem postea oriatur dubitatio aliqua de vita prioris viri ex aliqua causa quae etiam certitudinem facere possit, non debet nec reddere nec exigere debitum. Si autem causa illa facit probabilem dubitationem, debet reddere, sed non exigere. Si autem sit levius suspicio, potest utrumque licite facere; quia debet illam causam potius abjecere quam secundum hoc conscientiam formare.

*Ex quo ad primam redire volens, nec valens, cogitur Ecclesiae disciplina hanc tenere, incipit excusari.* Ille Magister falsum dicit; quia potius debet excommunicari mori, quam conjungari illi quae non est sua uxor; hoc enim esset contra veritatem vitae, quae non est propter scandalum dimittenda.

(1) *Al.* in pluribus.

## DIST. XXXIX. DIV. TEXT.

catio, si non corporis, tamen mentis. Causam enim fornicationis Dominus cepit. Fornicationem vero generaliter et universalem intelligere cogim, non modo scilicet corporalem, sed spiritualem, de qua Augustinus ait (de serm. Domini in monte, lib. 1, cap. 12): « Idolatria et quelibet noxia superstitio fornicatio est. Dominus autem permisit causa fornicationis uxore dimitti, sed non iussit; et sic dedit Apollonius locum monendum, ut qui volerent, non dimittat; potest tamen licite dimittere. Si enim fornicatio carnis detestanda est in conjugi, quanto magis fornicatio mentis, id est infidelitas? (1). »

*Pro quibus uillis possit dimitti.*

Si autem queris, an propter aliud vitium, nisi propter infidelitatem, vel idolatriam, possit dimitti: attende quid Augustinus ait (lib. 1 de serm. Domini in monte, cap. 28): « Si infidelitas fornicatio est, et idolatria infidelitas, et avaritia idolatria; non est dubitanum, et avaritiam fornicationem esse. Quis ergo quilibet illud tam concepcionem, potest a fornicatione genere separare, si avaritia fornicatio est? » Ex quo intelligitur, quod propter illud concepcionem non tantum quae in stupris cum alienis viris vel feminis committuntur, sed ob quilibet quam animam a lege Dei aberrant facient et perniciem corrupti, possit sine crimine et vir uxorem suam dimitti, et uxori virum. Item (de fid. et operibus cap. 16, et habetur causa 28, quast. 1, cap. 1) « Uxor »: a Rectissime dimitti, si vir suo dicat: « Non ero uxor tua, nisi mihi de fatigino divitias congerges, vel nisi solita lenocinia exerceas, aut si quid aliud facinorosum vel flagitosum a viro suo expelat. Tunc illae cui hoc uxor dicit, si veracter ponentes est, habebit fidem per dilectionem operantem, membrum quod eum scandalizat, amputabit. » Ex his appareat quod non solum infidelitas, sed etiam quilibet concepcionem, quae perutriose turpiter corrupti, fornicatio spiritualis est, per quam vir uxorem, vel uxori virum dimittere potest. Consult tamen Apostolus non fidelis dimittat infidelem uoleantem cohabitare, nec tamen illa vivente alteram duere potest, quia inter eos fuerit ratum conjugium, quod non potest dissolvi.

*Quidam dicunt conjugium non esse inter infideles, et quare.*

Sunt tamen nonnulli qui inter infideles assent non esse conjugia, quia nec rata nec legitima est eorum copula: rata non est, quia solvi potest; nec legitima, quia Apostolus ait (Rom. 14, 15): « Omne quod non est ex fide, peccatum non est. » Eorum autem conjugio non est ex fide, et ideo peccatum est. Non est ergo conjugium, quia nullum conjugium peccatum est. Augustinus etiam dicit (lib. 1 de Adult. Conjugiis, cap. 18), quia non est vera pudicitia infidelis cum fidelis. Sed vera negatur esse pudicitia, non quod infidelium conjugium non sit verum, sed quia non habet illud triplex bonum quod excusat coitum, et meretur paenitentiam. Item illud Apostoli: « Omne quod non est ex fide, peccatum est, non sic intelligentem est, ut quidquid sit ab infidelibus, peccatum est; sed omne quod sit contra fidem, id est conscientiam, male fit, et ad gehennam adiicitur. Vel in omni eo quod infidelis facit, peccat, non quia illud facit, sed quia non eo modo illud facit quo debet, non referens ad debitum finem.

*Quod legitimum sit coniugium infidelium, sed non ratum, et quare.*

Cupola ergo maritalis quae est inter infideles, conjugium est legitimum, sed non est ratum. Legitimum, quia est inter legitimas personas; sed non ratum, quia sine fide. Conjugium vero fidelium est legitimum et ratum, si tamen legitimas sunt personae. Quod autem legitima sit infidelium conjugio, Augustinus testatur (de Fide et Oper., cap. 16): « Uxor legitima societas conjuncta sine uila culpa relinquitur, si cum viro christiano permanere noluerit. Ex hoc etiam probatur, quod infidelis ad fidem converso Apostolus consulit infidelem non dimittere; quod non faceret, si non esset inter eos legitimum conjugium. Legitimum est quod legi insitio, vel provinciae moribus, non contra iussionem Domini contrahitur.

### *Divisio textus.*

Postquam determinavit Magister de impedimento matrimonii quae faciunt personam illegitiman simpliciter respectu cuiuslibet personae, hic determinat de impedimento quod facit eam illegitiman respectu aliquarum personarum, et non respectu omnium; et dividitur in duas: in prima determinat de impedimento quod facit personam illegitiman respectu aliquarum alterius personae proper distantiarum ab ipsa, scilicet de disparitate cultus;

in secunda determinat de impedimento quod facit illegitiman personam respectu alterius personae proper propinquitatem ad eam, 40 dist., ibi: *Nunc superest de cognatione aliquid dicere.* Prima in duas: in prima determinat de matrimonio quod est in disparitate (1) cultus fidelis ad infidelem; in secunda de matrimonio quod est inter duos infideles, ibi: *Sunt tamen nonnulli qui inter infideles assent non esse conjugium.* Prima in partes duas: in

(1) *Al.* de indisparitate.

prima ostendit quod disparitas cultus praecedens matrimonium impedit contrahendum, et dirimit contractum; in secunda objicit in contrarium, ibi: *Huc autem videtur obviare quod Apostolus ait de imparibus conjugiis. Et dividitur in duas: in prima ponit objectionem ex verbis Apostoli; in secunda solvit, ibi: Sed alius hoc esse, alius illud (1), evidenter ostendit. Et circa hoc tria facit: primo ostendit quod verbum Apostoli, scilicet quod fidelis habet potestatem commandandi vel non commandandi cum infidelis, intelligitur de disparitate cultus qui sequitur matrimonium; in secunda inquirit, utrum propter alia peccata uxor possit dimitti, sicut propter infidelitatem, ibi: *Si autem quaeris, an propter alius vitium, nisi propter infidelitatem vel idolatriam possit dimitti; attende quid Augustinus ait*; tertio inquirit, utrum fidelis dimittens uxorem infidelem, possit alteram ducere, ibi: *Hoc queritur, si fidelis dimittat infidelem, vel infidelis a fidelis discedat; an licet fidelis aliam ducere*. Et circa hoc tria facit: primo ponit auctoritatem ad partem negativam; secundo ad affirmativam, ibi: *Sed contra Ambrosius testatur; tertio solvit ibi: Attende, haec praedictis contraria posse videri*.*

## QUAESTIO I.

Ilie queruntur sex: 1.<sup>o</sup> utrum aliquis fidelis possit contrahere matrimonium cum infidelis; 2.<sup>o</sup> utrum inter infideles si matrimonium; 3.<sup>o</sup> utrum si alter conjugum infidelum convertatur ad fidem sine altero, possit in eodem matrimonio commantere; 4.<sup>o</sup> utrum possit uxorem infidelem relinquere; 5.<sup>o</sup> utrum ea dimissa possit aliam ducere; 6.<sup>o</sup> utrum propter alia peccata vir possit dimittere uxorem, sicut propter infidelitatem.

## ARTICULUS PRIMUS.

*Utrum fidelis possit matrimonium cum infidele contrahere.*

Ad primum sic proceditur. 1. Videtur quod fidelis possit matrimonium cum infidele contrahere. Quia Joseph contraxi cum Egyptia, et Esther cum Assuero. In utroque autem matrimonio fuit disparitas cultus: quia alter erat fidelis, alter infidelis. Ergo disparitas cultus praecedens matrimonium, ipsum non impedit.

2. Praeterea, eadem est fides quam docet vetus lex et nova lex. Sed secundum veterem legem poterat esse matrimonium inter fidelem et infidelem, ut patet Deut. 21, 10: *Si egressus ad pulnam . . . videris mulierem pulchram in medio captivorum, et adamaveris eam . . . introreas ad eam dormiens cum ea, et erit tibi uxor*. Ergo et in nova lege licet.

3. Praeterea, sponsalia ad matrimonium ordinantur. Sed inter fidelem et infidelem possunt in aliquo easu contrahi sponsalia cum conditione futurae conversionis. Ergo sub eadem conditione matrimonium potest contrahi inter eos.

4. Praeterea, omne impedimentum matrimonii est aliquo modo contra matrimonium. Sed infidelitas non est contraria matrimonio: quia matrimonium est in officium naturae, cuius dictamen fi-

(1) *Ali. Sed ad hoc esse aliquid illud etc.*

des excedit. Ergo disparitas fidei non impedit matrimonium.

3. Praeterea, disparitas fidei est etiam quandoque inter duos baptizatos, sicut quando aliquis post baptismum in haeresim labitur; et si talis cum aliquo fidei contrahat, nihilominus est verum matrimonium. Ergo disparitas cultus matrimonium non impedit.

Sed contra est quod dicitur 2 Corinth. 6, 14: *Quae convenio lucis ad tenebras? Sed maxima convenio est inter virum et uoxem. Ergo ille qui est in luce fidei, non potest contrahere matrimonium cum illa que est in tenebris infidelitatem.*

Praeterea, Malach. 2, 2, dicitur: *Contaminavit Judas sanctificationem Domini, quam dilexit, et habuit filiam dei alieni. Sed hoc non esset, si inter eos posset verum matrimonium contraheri*. Ergo disparitas cultus matrimonium impedit.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod principalius matrimonii est proles ad cultum Dei educanda. Cum autem educatio fiat communiter per patrem et matrem, uterique secundum fidem intendit ad cultum Dei problem educate; et ideo si sint diversae fidei, intentio unius alterius intentionis contraria erit; et ita inter eos non potest esse convenientis matrimonium; et propter hoc disparitas cultus praecedens matrimonium, impedit ipsum ne contrahari possit.

Ad primum ergo dicendum, quod in veteri lege de aliquibus infidelibus erat permisum quod cum eis possent inire conjugia, et de aliquibus prohibitum. Specialiter quidem erat prohibitum de infidelibus habitantibus in terra Chanaan: tum quia Dominus praeceperat eos occidi propter eorum obstinationem: tum quia magis periculum imminentem conjuges aut filios ad idolatriam perverterent: quia filii Israel ad ritus et ad mores eorum proprieores erant propter conversationem cum eis. Sed de aliis gentibus permisit, praeceps quando non poterat esse timor pertrahendi ad idolatriam; et sic Joseph et Moyses et Esther cum infidelibus matrimonia contrarerunt. Sed in nova lege quae per totum orbem diffunditur, similis ratio prohibendi est de omnibus infidelibus; et ideo disparitas cultus praecedens matrimonium impedit contrahendum, et ipsum non contrahit.

Ad secundum dicendum, quod lex illa vel loquitur de aliis nationibus cum quibus licite poterant inire connubia; vel loquitur quando illa caputiva ad fidem et cultum Dei converterit volebat.

Ad tertium dicendum, quod eadem est habitudo praesentis ad praesens, et futuri ad futurum; unde sicut quanto matrimonium in praesenti contrahitur, requiritur unitas cultus in utroque contrahentium; ita ad sponsalia, quibus fit sponsio futuri matrimonii, sufficit conditio apposita de futura unitate cultus.

Ad quartum dicendum, quod iam ex dictis patet quod disparitas cultus contraria est matrimonio ratione principalioris boni ipsius, quod est bonum prolis.

Ad quintum dicendum, quod matrimonium sacramentum est; et ideo quantum pertinet ad necessitatem sacramenti, requirit paritatem quantum ad sacramentum fidei, scilicet baptismum, magis quam quantum ad interiorum fidem; unde etiam hoc impedimentum non dicitur disparitas fidei, sed disparitas cultus qui respicit exterius servitum, ut

in 5 lib., dist. 9, quaest. 1, art. 1, quaestione 1, in corp., dictum est; et propter hoc, si aliquis fidelis cum haeretica baptizata matrimonium contrahit, verum est matrimonium, quamvis peccet contrahendo, si sciat eam haereticam; sicut peccaret, si cum excommunicata contraheret; non tamen propter hoc matrimonium dirimetur; et e contrario si aliquis catechumenus habens rectam fidem, sed nondum baptizatus, cum aliqua fidelis baptizata contraheret, non esset verum matrimonium.

## ARTICULUS II.

*Utrum inter infideles possit esse matrimonium.*

Ad secundum sic proceditur. 1. Videtur quod inter infideles non possit esse matrimonium. Matrimonium enim est sacramentum Ecclesiae. Sed baptismus est janua sacramentorum. Ergo infideles, qui non sunt baptizati, matrimonium contrahere non possunt, sicut nec alia sacramenta suscipere.

2. Praeterea, duo mala sunt magis impeditiva boni quam unum. Sed infidelitas unius tantum impedit matrimonii bonum. Ergo multo fortius infidelitas utriusque; et ita inter infideles non potest esse matrimonium.

3. Praeterea, sicut inter fidelem et infidelem est disparitas cultus, ita interdum inter duos infideles; ut si unus sit Gentilis, et alter Judeus. Sed disparitas cultus impedit matrimonium, ut dictum est. Ergo ad minus inter infideles qui habent cultum disparem, non potest esse verum matrimonium.

4. Praeterea, in matrimonio est vera pudicitia. Sed sicut dicit Augustinus (lib. 4 de Nup. et concup., cap. 4), et habetur 28, quaest. 1, non est vera pudicitia infidelis cum uxore sua. Ergo non est verum matrimonium.

5. Praeterea, matrimoniū verum exusat carnalem copulam a peccato. Sed hoc non potest facere matrimonium inter infideles contractum: quia omnis vita infidelium peccatum est, ut dicit Glossa (Augustini) Rom. 14. Ergo inter infideles non est verum matrimonium.

Sed contra est quod dicitur 1 Corinth. 7, 12: *Si quis frater habet uxorem infidelem, et haec consentit habituere cum illo, non dimittat illam*. Sed uxor non dicitur nisi propter matrimonium. Ergo inter infideles est verum matrimonium.

Praeterea, remoto posteriori non removetur prius. Sed matrimonium pertinet ad officium naturae, quae praecedit statum gratiae, cuius principium est fides. Ergo infidelitas non facit quin sit inter infideles matrimonium.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod matrimonium principaliter institutum est ad bonum prolis, non tantum generandae, quia hoc sine matrimonio fieri posset, sed etiam promovendae ad perfectum statum: quia quelibet res intendit effectum suum naturaliter perducere ad perfectum statum. Est autem in prole duplex perfectio consideranda: scilicet perfectio naturae non solum quantum ad corpus, sed etiam quantum ad animam, per ea quae sunt de lege naturae; et perfectio gratiae; et prima perfectio est materialis et imperfecta respectu secundae. Et ideo, cum res quae sunt propter finem, sint proportionatae fini; matrimonium quod tendit ad primam perfectiōnem, est imperfectum et materiale respectu illius quod tendit in perfectiōnem

secundam. Et quia prima perfectio communis esse potest fidelibus et infidelibus, secunda autem est tantum fidelium; ideo inter infideles est quidem matrimonium, sed non perfectum ultima perfectiōne, sicut est inter fideles.

Ad primum ergo dicendum, quod matrimonium non tantum est institutum in sacramenū, sed in officium naturae; et ideo, quamvis infidelibus non competit matrimonium, secundum quod est sacramenū in dispensatione ministrorum Ecclesiae consistens; competit tamen eis, inquantum est in officium naturae. Et tamen etiam matrimonium tale est aliquo modo sacramentum habitualiter, quamvis non actualiter, eo quod actu non contrahunt in fide Ecclesiae.

Ad secundum dicendum, quod disparitas cultus non impedit matrimonium ratione infidelitatis, sed ratione disparitatis in fide. Disparitas enim cultus non solum secundam perfectionem prolis impedit, sed etiam primam, dum parentes ad diversa prole trahere intendent; quod non est quando utique est infidelis.

Ad tertium dicendum, quod inter infideles est matrimonium, ut dictum est, prout matrimonium est in officium naturae. Ea autem quae pertinent ad legem naturae, sunt determinabilia per jus positivum; et ideo si prohibentur ab aliquo jure positivo apud eos infideles contrahere matrimonium cum infidelibus alterius ritus, disparitas cultus impedit matrimonium inter eos. Ex iure enim divino non prohibentur: quia apud Deum non differt qualitercumque aliquis a fide deviet quantum ad hoe quod es a gratia alienum esse: similiter, nec aliquo Ecclesiae statuto, quae non habet de his quae foris sunt, judicare.

Ad quartum dicendum, quod pudicitia et aliae virtutes infidelium dicuntur non esse verae, quia non possunt pertingere ad finem verae virtutis, quae est vera felicitas; sicut dicitur non esse verum vinum quod non habet effectum vini.

Ad quintum dicendum, quod infidelis cognoscens uxorem suam, non peccat, si propter bonum prolis, aut fidei qua tenetur uxor, debitum reddat, cum hoc sit actus justitiae et temperantiae, quae in delectabilibus tactus debitis circumstantias servat; sicut non peccat faciens alios actus pollicarum virtutum. Nec dicitur omnis vita infidelium peccatum, quia quilibet actu peccat; sed quia per id quod agunt, a servitute peccati non possunt liberari.

## ARTICULUS III.

*Utrum conjux conversus ad fidem possit manere cum uxore infidele converti.*

Ad tertium sic proceditur. 1. Videtur quod conjux conversus ad fidem non possit commanere cum uxore infidele converti, cum qua in infidelitate contraherat. Ubi enim est idem periculum, debet eadem cautela adhiberi. Sed propter periculum subversionis fidei prohibetur ne fidelis cum infidelis contrahat. Cum ergo idem periculum sit, si fidelis commaneat cum infidele, cum qua prius contraherat, et adhuc magis, quia neophyti faciliter pervertuntur quam illi qui sunt nutriti in fide; videtur quod fidelis post conversionem non possit commanere cum uxore infidele.

2. Praeterea, causa 28, qu. 1, (cap. *Judei*)

dicitur: *Non potest infidelis in ejus conjunctione permanere quae jam in christianam translatâ est fidem.* Ergo fidelis habet necesse uxorem infidelem dimittre.

5. Praeterea, matrimonium quod inter fideles centralitur, est perfectius quam illud quod contrahitur inter infideles. Sed si fideles contrahant in gradu prohibito ab Ecclesia, dissolvitur eorum matrimonium. Ergo et infidelum; et ita vir fidelis non potest commanere cum uxore infidele, ad minus quando cum ea in infidelitate contraxit in gradu prohibito.

4. Praeterea, aliquis infidelis habet quandoque plures uxores secundum ritum sue legis. Si ergo potest commanere cum illis cum quibus in infidelitate contraxit, videtur quod possit etiam post conversionem plures uxores retinere.

3. Praeterea, potest contingere quod repudiata una uxore aliam duxerit, et in illo matrimonio existens convertatur. Ergo videtur quod saltem in hoc easu non possit cum uxore quam de novo habet, commanere.

Sed contra est quod Apostolus, 1 Corinth. 7, consult quod commaneant.

Praeterea, nullum impedimentum supervenientis matrimonio, tollit ipsum. Sed matrimonium erat verum, cum uterque infidelis erat. Ergo quando alter convertitur, non dirimirunt matrimonium per hoc; et ita videtur quod possint licite commanere.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod fides ejus qui est in matrimonio, non solvit, sed perfecti matrimonium. Unde cum inter infideles sit verum matrimonium, ut ex dictis patet; per hoc quod alter convertitur ad fidem, non ex hoc ipso vinculum matrimonii solvitur; sed aliquando, vinculo matrimonii manente, solvitur matrimonium quantum ad cohabitationem et debiti solutionem; in quo pari passu currunt infidelitas et adulterium, quia utrumque est contra bonum prolixi. Unde sicut se habet in potestate dimittendi adulterum vel commanendi cum ea; ita se habet in potestate dimittendi infidelem vel commanendi cum ea. Potest enim vir innocens libere cum adultera commanere spe correctionis; non autem si in adulterio peccato fuerit obstinatus, ne videatur patronus turpitudinis, ut supra, dist. 33, qu. 1, art. 2, dictum est; quamvis etiam cum spe correctionis possit eam liberare dimittere. Similiter fidelis conversus potest cum infidelis manere cum spe conversionis si eam in infidelitate obstinatus non viderit, et bene facit commanendo; tamen non tenetur; et de hoc est consilium Apostoli.

Ad primum ergo dicendum, quod facilius impeditur aliquid fieri quod destruktur quo rite factum est; et ideo multa sunt quae impeditur matrimonium contrahendum, si praecedant, quae tamen ipsum non possunt dissolvere, si sequantur; sicut de affinitate patet; et similiter dicendum est de disparitate cultus.

Ad secundum dicendum, quod in primitiva Ecclesia tempore Apostolorum passim convertebantur ad fidem et Iudeas et Gentiles; et ideo tunc vir fidelis poterat habere probabilem spem de conversione uxoris, etiam si conversionem non promittet. Postmodum autem, tempore procedente, Iudeas sunt magis obstinati, et Gentes adhuc intrabant ad fidem; sicut tempore martyrum, et temporibus Constantini Imperatoris, et circa tempora illa; et

ideo tunc non erat tutum fidelis cum uxore infideli Iudea cohabitare; nec erat spes de conversione ejus, sicut erat spes de conversione uxoris Gentilis; et ideo tunc fidelis conversus poterat cohabitare cum Gentili, sed non cum Iudea, nisi conversionem promitteret; et secundum hoc loquitur decretum illud. Sed nunc pari passu ambulant utrique, scilicet Gentiles et Iudei, quia utrius obstinatus sunt; et ideo nisi uxor infidelis converti velit, non permititur ei cohabitare, sive sit Gentilis, sive Iudea.

Ad tertium dicendum, quod infideles non baptizati non sunt astrieti statutis Ecclesiae, sed sunt astrieti status juris divini; et ideo si contrixerint aliqui infideles in gradibus secundum legem divinam prohibitis, Levit. 18, sive alter ad fidem convertatur, non possunt in tali matrimonio commanere; si autem contrixerint in gradibus prohibitis per statutum Ecclesiae, possunt commanere, si uterque convertatur, vel si uno converso spes sit de conversione alterius.

Ad quartum dicendum, quod habere plures uxores est contra legem naturae, ut supra, dist. 33, qu. 1, art. 1, dictum est, cui etiam infideles sunt astrieti; et ideo non est verum matrimonium infidelis, nisi cum illa cum ea primo contraxit. Unde si ipsum omnibus suis uxoribus convertatur, potest cum eis cohabitare, et alias debet abjieciere. Si autem prima converti noluerit, et aliqua aliarum convertatur, idem jus habet contrahendi cum illa de novo, quod cum alia haberet; de quo post dictum.

Ad quintum dicendum, quod repudium uxoris, ut supra, dist. 33, dictum est, est contra legem naturae; unde non licet infidelis uxorem repudiare. Et ideo si convertatur postquam una repudiata alteram duxit, idem iudicium est de hoc, et de illo qui plures uxores habebat; quia tenetur primam quam repudiaverat, accipere, si converti voluerit, et aliam abjieciere.

#### ARTICULUS IV.

*Utrum fidelis conversus possit uxorem infidelem dimittere, volentem cohabitare sine contumelia Creatoris.*

Ad quartum sic proceditur. 1. Videtur quod fidelis conversus non possit uxorem infidelem dimittere, volentem cohabitare sine contumelia Creatoris. Majus enim est vinculum viri ad mulierem quam servi ad dominum. Sed servus conversus non absolvitur a vinculo servitutis, ut patet 1 Cor. 7, et 1 Timoth. 6. Ergo et vir fidelis non potest uxorem infidelem dimittere.

2. Praeterea, nullus potest alteri praecaudicium facere sine ejus consensu. Sed uxor infidelis habebat jus in corpore viri infidelis. Si ergo per hoc quod vir ad fidem convertitur, mulier praecaudicium pati posset, ut libere dimitteretur; non posset vir converti ad fidem sine consensu uxorius, sicut nec potest ordinari, aut uovere continentiam, sine consensu uxorius.

3. Praeterea, si aliquis contrahat cum ancilla scienter, sive sit servus sive liber, non potest propter diversam conditionem ipsam dimittere. Cum ergo vir quando contraxit cum infidele, seuerit eam esse infidelem; videtur a simili quod non possit eam propter infidelitatem dimittere.

4. Praeterea, pater tenetur ex debito procurare salutem prolixi. Sed si discederet ab uxore infideli, filii communis matri remanerent, quia partus sequitur ventrem; et sic essent in periculo salutis. Ergo non potest uxorem infidelem licite dimittere.

3. Praeterea, adulter non potest adulteram dimittere, etiam postquam de adulterio poenitentiam egit. Ergo, si si idem iudicium de adultero et infidelis; nec infidelis infidelem, etiam postquam ad fidem conversus est.

Sed contra est quod Apostolus dicit, 1 Cor. 7.

Praeterea, adulterium spirituale est gravius quam carnale. Sed propter carnale adulterum vir potest uxorem relinquere quantum ad cohabitationem. Ergo multo fortius propter infidelitatem, quae est adulterium spirituale.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod homini secundum aliam et aliam vitam diversa competit et expediunt; et ideo qui moritur priori vita, non tenetur ad illa ad quae in priori vita tenebatur; et inde est quod ille qui in vita saeculari existens, aliqua vox, non tenetur illa, quando mundo moritur vitam religiosam assumens, perficere. Ille autem qui ad baptismum accedit, regeneratur in Christo, et priori vita moritur, cum generatio unius sit corruptio alterius; et ideo liberatur ab obligatione qua uox tenebatur reddere debitum, et ei cohabitare non tenetur quando converti non vult, quamvis in aliquo casu libere id posset facere, ut dictum est; sicut et religiosus libere perficere potest vota quea in saeculo fecit, si non sunt contra religionem suam, quamvis ad ea non teneatur, ut dictum est in praecedenti dist.

Ad primum ergo dicendum, quod servire non est aliud incompetens christiana religionis perfectioni, quae maxime humilitatem proficit; sed obligatio matrimonii aliud derogat perfectioni christiana, cuius vitae summum statum continentis possident; et ideo non est simile de utroque. Et praeterea unus conjugio non obligatur alterius quasi possessio ejus, sicut dominio servus, sed per modum societatis ejusdem, quae non congrue est fidelis ad infidelem, ut patet 1 Corinth. 7; et ideo non est simile de servo et conjugi.

Ad secundum dicendum, quod uxor non habebat jus in corpore viri nisi quādū in vita illa manebat in ea contrixerat; quia etiam mortuo viro uxor soluta est a lege viri, ut patet Rom. 7; et ideo, si postquam vir mutat vitam moriens priori vita, ab ea discedat, nullum fit ei praecaudicium. Trausius autem ad religionem, moritur tantum spiritu mōte, non autem corporali; et ideo, si matrimonium sit consummatum, non potest vir sine consensu uxorius ad religionem transire; potest autem ante copulam carnalem, quando est tantum copula spiritualis. Sed illi qui ad baptismum accedit, corporaliter etiam, Christo conseptur in mortem; et ideo a debito reddendo absolvitur etiam post matrimonium consummatum. Vel dicendum, quod ex culpa sua uxor praecaudicium patitur, quae converti contemnit.

Ad tertium dicendum, quod disparitas cultus facit personam simpliciter illegitiman; non autem conditio servitatis, sed solum quando est ignorata; et ideo non est similis ratio de infidele et ancilla.

Ad quartum dicendum, quod proles aut pervenit ad perfectam aetatem, et tunc poterit libere sequi patrem fidelem, vel matrem infidelem; vel

est in minori aetate constituta; et tunc debet dari fideli, non obstante quod indiget matris obsequio ad educationem.

Ad quintum dicendum, quod adulter per poenitentiam non transit ad aliam vitam, sicut infidelis per baptismum; et ideo non est similis ratio.

#### ARTICULUS V.

*Utrum fidelis discedens ab uxore infidele possit aliam ducere in uxorem.*

Ad quintum sic procedit. 1. Videtur quod fidelis discedens ab uxore infidele, non possit aliam ducere in uxorem. Quia insolubilis matrimonii est de ratione (1) ipsius, cum repudium uxorius sit contra legem naturae, ut supra, distinet. 53, qu. 1, art. 1, dictum est. Sed inter infideles erat verum matrimonium. Ergo nullo modo potest illud matrimonium solvi. Sed manente vinculo matrimonii ad unam, non potest aliquis cum alia contrahere. Ergo fidelis discedens non potest cum alia contrahere.

2. Praeterea, crimen supervenientis matrimonio non solvit matrimonium. Sed si mulier velit cohabitare sine contumelia Creatoris, non est solutum vinculum matrimonii; quia vir non potest aliam ducere. Ergo peccatum uxorius quea non vult cohabitare sine contumelia Creatoris, non solvit matrimonium, ut possit libere vir aliam uxorem ducere.

3. Praeterea, vir et uxor sunt pares in vinculo matrimonii. Cum ergo uxori infidele non licet vivente viro alium virum ducere, videtur quod fidelis licet.

4. Praeterea, favoribilis est continentiae voluntas quam matrimonii contractus. Sed viro fidelis uxorius infideles non licet, ut videtur, voluntas continentiae emittere; quia tunc uxor fraudaretur matrimonio, si postmodum converteretur. Ergo multo minus licet ei matrimonium contrahere cum alia.

5. Praeterea, filius qui remanet in infidelitate, patre converso, amittit jus paternae hereditatis; et tamen si postea convertitur, redditur ei sua hereditas, etiam si alius in possessionem intravit. Ergo videtur a simili, quod si uxor fidelis postea convertatur, sibi sit reddendus vir suus, etiam si cum alia contrixerit; quod non posset esse, si secundum matrimonium esset verum. Ergo non potest contrahere cum alia.

Sed contra, matrimonium non est ratum sine sacramenti baptismi. Sed quod non est ratum, potest dissolvi. Ergo matrimonium in infidelitate contractum potest dissolvi; et ita soluto matrimoniali vinculo, licet viro alteram ducere uxorem.

Praeterea, vir non debet cohabitare uxori infidele nolenti cohabitare sine contumelia Creatoris. Si ergo non licet ei aliam ducere, cogeretur continentiam servare; quod videtur inconveniens; quia sic ex conversione sua incommodum reportaret.

Solutio. Respondeo dicendum, quod quando alter conjugum ad fidem convertitur, altero in infidelitate remanente; distinguendum est. Quia si infidelis vult cohabitare sine contumelia Creatoris, vel (2) sine hoc quod ad infidelitatem inducat, vel

(1) Al. de tali ratione.

(2) Al. deest vel.

test fidelis libere discedere; sed discedens non potest alteri nubere. Si autem infidelis non velit cohabitare sine contumelia Creatoris in verba blasphemiae prouerpens, et nomen Christi audire nolens; tunc si ad infidelitatem detrahere nitatur, vir infidelis discedens potest alteri per matrimonium copulari.

Ad primum ergo dicendum, quod matrimonium infidelium imperfectum est, ut dictum est art. 2. hujus quest. Sed matrimonium infidelium est perfectum, et ita est firmius. Semper autem firmius vinculum solvit minus firmum, si sit ei contrarium; et ideo matrimonium quod post in fide Christi contrahitur, solvit matrimonium quod prius in infidelitate contractum erat; unde matrimonium infidelium non est omnino firmum et ratum; sed ratificatur postmodum per fidem Christi.

Ad secundum dicendum, quod crimen uxoris nolentis cohabitare sine contumelia Creatoris absolvit virum a servitute qua tenebatur uxori, ut non posset ea vivente aliam ducere; sed nondum solvit matrimonium: quia si blasphemia illa converteretur antequam ille aliud matrimonium contraheret, reddebet ei vir suus: sed solvitur per matrimonium sequens, ad quod pervenire non posset vir fidelis non solitus a servitute uxoris per culpam ejus.

Ad tertium dicendum, quod postquam fidelis contraxit, solutum est vinculum matrimonii ex utraque parte: quia matrimonium non claudicat quantum ad vinculum, sed quandoque claudicat quantum ad effectum. Unde in poenam uxoris infidelis ei indicetur quod non possit cum alio contrahere, magis quam ex virtute matrimonii praecedens. Sed si postea convertatur, potest ei concedi dispensatio ut alteri nubat, si vir eius aliam uxorem duxit.

Ad quartum dicendum, quod si post conversionem viri sit aliqua probabilis spes de conversione uxoris, non debet votum continentiae vir emittere, nec ad aliud matrimonium transire: quia difficilis converteretur uxor, viro suo sciens se privatum. Si autem non sit spes de conversione, potest ad sacros ordines vel ad religionem accedere, prius requisita uxore quod convertatur; et tunc, si postquam vir sacros ordines accepit, uxor convertatur, non est sibi vir suus reddendus: sed debet sibi imputare in poenam tardae conversionis quod viro suo privatur.

Ad quintum dicendum, quod vineulum paternitatis non solvitur per disparem cultum, sicut vineulum matrimonii; et ideo non est simile de hereditate et uxore.

#### ARTICULUS VI.

*Urum alia via solvant matrimonium, sicut infidelitas.*

Ad sextum sic proceditur. 1. Videtur quod alia via solvant matrimonium, sicut et infidelitas. Adulterium enim directius videtur esse contra matrimonium quam infidelitas. Sed infidelitas in aliquo easu solvit matrimonium, ut licet ad aliud matrimonium transire. Ergo et adulterium idem facit.

2. Praeterea, sicut infidelitas est fornicatio spiritualis, ita etiam quolibet peccatum. Si ergo propter hoc infidelitas matrimonium solvit, quia est

fornicatio spiritualis, quolibet aliud peccatum matrimonium solvit pari ratione.

3. Praeterea, Matth. 5, 30, dicitur: *Si dextera manus tua scandalizat te, abscede eam, et projice abs te;* et dicit Glossa (Hieronymi) quod in manu et in dextero oculo possunt accipi fratres, uxor, propinquui, et filii. Sed per quolibet peccatum efficiuntur nobis impedimenta. Ergo propter quolibet peccatum potest dissolvi matrimonium.

4. Praeterea, avaritia idolatria est, ut dicitur Ephes. 5. Sed propter idolatriam potest mulier dimitti. Ergo pari ratione propter avaritiam, et ita propter alias peccata, quae sunt majora quam avaritia.

5. Praeterea, magister hoc expresse dicit in litera.

*Sed contra est quod dicitur Matth. 5, 31: Qui dimisit uxorem, excepta causa fornicationis, mactatur.*

Praeterea, secundum hoc tota die fierent divorcia, cum raro inveniatur matrimonium in quo conjugium alter in peccatum non labatur.

Soror. Respondeo dicendum, quod fornicatio corporalis et infidelitas speciem habent contrarietatem ad bona matrimonii, ut ex dictis patere potest; unde specialiter habent vim separandi matrimonii. Sed tamen intelligendum, quod matrimonium duplicitate solvitur. Uno modo quantum ad vinculum; et sic non potest solvi postquam matrimonium est ratificatum, neque per infidelitatem neque per adulterium; sed si non est ratificatum, solvitur vineulum permanente infidelitate in altero conjugio, si alter conversus ad fidem ad aliud conjugium transeat; non autem solvitur vineulum praedictum per adulterium; alias infidelis libere posset dare libellum repudii uxori adulterae, et ea dimissa alteram ducere; quod falsum est. Alio modo solvitur matrimonium quantum ad actum; et sic solvi potest tam per infidelitatem quam per fornicationem corporalem, ut supra, dist. 53, dictum est; sed propter alias peccata non potest solvi matrimonium, etiam quantum ad actum, nisi forte ad tempus vir se velit subtrahere a consorio uxoris ad castigationem ejus, subtrahendo ei praesentia sua solutum.

Ad primum ergo dicendum, quod quamvis adulterio magis directe opponatur matrimonio, in quantum est in officium naturae, quam infidelitas; tamen e converso est secundum quod matrimonium est sacramentum Ecclesiae, ex quo habet perfectam firmitatem, in quantum significat indissimibilem conjunctionem Christi et Ecclesiae; et ideo matrimonium quod non est ratum, magis potest solvi quantum ad vinculum per infidelitatem quam per adulterium.

Ad secundum dicendum, quod prima conjunctio animae ad Deum est per fidem; et ideo per eam anima quasi despontur Deo, ut patet Oseeae 2, 20: *Sponsabo te mihi in fide;* unde in sacra Scriptura specialiter per fornicationem idolatria et infidelitas designantur; sed alias peccata magis remota significantur dicuntur spirituales fornicationes.

Ad tertium dicendum, quod hoc intelligendum est quando mulier praestat magnum occasionem ruinae viro suo, ut vir probabilitate sibi de periculo timeat: tunc enim vir potest se subtrahere ab eius conversatione, ut dictum est.

Ad quartum dicendum, quod avaritia dicitur

#### Expositio textus.

*Et alienigenam, id est haereticam. Crimen haeresis impedit matrimonium semper contrahendum; sed non dirimit contractum, nisi sit talis haeretica quae baptismi sacramentum non acceperit, aut non in forma Ecclesiae fuerit baptizata.*

*Si ambo crediderunt, per aquitionem Dei confirmatur conjugium. Sed contra. Si mulier ante conversionem sponsa solvi possunt. Vel si loquamus de matrimonio, intelligendum est de separatione a communi conversatione ad tempus, ut dictum est; vel quando uxor non vult cohabitare nisi sub conditione peccandi, et cum dicit: Non ero uxor tua, nisi mihi de latrocincio divitias congreget; tunc enim potius debet eam dimittere quam latrocincia exercere.*

#### DISTINCTIO XL.

*De cognitione carnali et spirituali, et prius de carnali.*

None superest de cognitione aliquid dicere. Est autem cognitio alia carnalis, alia spiritualis. Primum de carnali cognitione et affinitate insipianus. Cogniti ergo vel affines in septimo gradu vel infra, copulari non debent. Unde Gregorius (1): « Progeniem suam unumquemque usque ad septimum observare decernimus generationem; et quandiu non agnoscent affinitate propinquos, ad conjugium copulam accedere denegamus; quod si fecerint, separantur. » Item Nicolaus Papa (2): « De consanguinitate sunt nullus uxorum parentela cognosci potest. » Item (3): « Nulli ex propinquitate sui sanguinis usque ad septimum gradum uxores ducant. » His autoritatis aliquis pluribus consanguineorum conjunctiones prohibentur usque ad septimum gradum.

*De computatione graduum consanguinitatis.*

Quomodo autem gradus consanguinitatis computandi sint, Isidorus ostendit sic (4): « Series consanguinitatis sex gradibus dirimirat hoc modo. Filius et filia, quod est frater et soror, fit ipse trucus. Illis seorsum sejunctis, ex radice illius trunci egressiunt isti ramunculi, nepos et nepitis, primus; pronepos et protonephos, secundus; abnepos et abnepos, tertius; adnepos et adnepos, quartus; trimenopis et trimenopis, quintus; trimenopis nepos, et trimenopis nepitis, sextus. » Attende quod sex gradus tantum ponit Isidorus, quia truncum inter gradus non computat. Alii vero qui septem gradus ponunt, truncum inter gradus computant. Varie namque computatur gradus consanguinitatis. Alii cum parentem in primo grado, filios in secundo ponunt. Alii primum et filium esse, eum una eao sicut pater et filius. Autoritates ergo quae consanguinitatis cautelam usque in septimum gradum prohibent, patrem ponunt in primo gradu; illae vero quae usque ad sextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant; atque ita fit ut eadem personae secundum hanc diversitatem inventantur in sexto et septimo gradu.

(1) Non ad Episcopos Galliae, sicut refertur in Decretis causa 53, quæst. 5. Progeniem, sed ad Felicem Episcopum Messinæ, lib. 12, epist. 52 (Ex edit. P. Nicolai).

(2) Quod subjungitur ex Nicolao II., ad Ecclesiæ Amalphitanæ suffraganeos praenotatur ibidem in Decretis (Ex edit. P. Nicolai).

(3) In Concilio Lugdunensi, ut appendix ibidem notat (Ex edit. P. Nicolai).

(4) Ut cap. Series causa 53, quæst. 3, refertur; sed implicite tantum ex lib. 9 Etymologiarum vel originum colligi posse indicatur ibidem (Ex edit. P. Nicolai).

S. Th. Opera omnia. V. 7.

vero in primo gradu ponit qui fratres dicte esse secundum. Hoc modo computat Zacharias Papa (Causa 53, quæst. 5, cap. a Parentelæ 1); a Parentelæ gradus taliter computantur.

M. mus. Ego et frater meus una generatio sumus, primus; que gradum efficimus. Rursus filius meus et fratus mei filius, secunda generatio sunt, et secundum gradum faciunt; ad hanc modum externe successiones numerandas sunt (1). Inter illos vero qui sex computant gradus, et illos qui septem computant gradus, nulla in sensu existit diversitas, quanvis possit solvi quantum ad actum.

Quare sex gradus (4) computantur.

Quare vero sex computet Isidorus, ipse aperit dicens (lib. 9 Etym., cap. 6, et habet causa 53, quæst. 4, cap. a Consanguinitatis 5): « Consanguinitas dum se paulatim proportionibus ordinibus dirimens usque ad ultimum gradum protracterit, et propinquos esse desideri, tunc primus lex in matrimonii vinculum can recipiet, et quodammodo incipiet revocare fugientem. Ideo autem usque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex actatibus mundi generatio et hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminetur. In his sex gradibus omnia propinquitatum nomina continentur, ultra quos nec affinitas inventari, nec successio potest amplius propagari. Secundum alios, septem gradus ideo computantur, ita ut post septem gradus sponsus jungatur, sicut post hanc vitam, quae septem diesbus agitur, Ecclisia Christo jungetur. » His autem occurrit illud quod Gregorius Augustino Anglorum Episcopo, a quo requisitus fuerat, quot a generatione debent copulari, rescribit sic (5): « Quædam lex Romana permittit ut sive fratris vel sororis, seu duorum fratrum germanorum, seu durarum sororum filii et filia miscentur. Sed experimento didicimus ex tunc, ita ut post septem gradus sponsus jungatur, sicut post hanc vitam, quae septem diesbus agitur, Ecclisia Christo jungetur. » Sed post multum temporis idem Gregorius a Felice Messanae Siciliae Praesule requisitus, utrum Augustinus scripsisset, ut Anglorum quarta generatione contracta

(1) Al. deest numerandas sunt.

(2) Al. vero.

(3) Addit. Nicolai (ut dicit Alexander II., ubi supra cap. Ad sedem versus finem.)

(4) Al. gradibus.

(5) Lib. 12, indit. 7, epist. 51, et refertur in Decretis causa 53, quæst. 5, cap. Quædam, ubi plenius, ut et in Gregorii texto, dicitur: Quædam lex terrena in Romana Republica permittit (Ex edit. P. Nicolai).